


Birgitta

Orationes. Add: Aurelius Augustinus, S: Oratio ...



F1700 1166 = F1700 1361

Tillkomstår efter 1500?

Digitaliserad år 2015



National Library
of Sweden

ligeris adu

z u f u q u r
todiens. q u r i t u m

f u t u r u m
z u f u r u m
f a c i e n s . v .

f u t u r u m
z u f u r u m
q d a p p r o b a t t a s t a

f u t u r u m
z u f u r u m
p a t r i e t f i l i o e t s p

f u t u r u m
z u f u r u m

Kungl. Biblioteket
STOCKHOLM

F. 1700

Fcol.

Birgitta B

F-1700


1361

G. K. W. 4383.

Rom, Euch. Silber nach
1500 (?)

100

25/501



15/10/11

u
E
U
U
U
p
t
t



Orationes sancte Brigitte / cō
oratione sancti Augustini.



Hæc sunt Quindecim collecte sine orationes
illius preclarissime virginis beate Brigitte;
quas ante imaginē dñi nostri Jesu chrisi
indies deuotissime genuflexa dicebat.



Dñe Jesu xpe eterna dulcedo te
amantiū; iubilus excedens omne
gaudiū z omne desideriū; salus z
amator penitentiū peccatoꝝ; qui
delirias tuas attestatus es esse cū
filijs hoīm; propter hoīem factus
homo in fine tempoz. Memeto omnis premedita
tionis z intimi meroris; quē ab initio cōceptionis
tue in humana natura sustinisti; maxime instante
saluberrime passionis tue tempore in diuino corde
ab eterno preordinato. Memeto tristitie z amari
tudinis; quā in anima tua teipso attestante habuisti
quā dixisti. Tristis est anima mea vsqz ad mortē. Et
quādo in vltima cena discipulis tuis corpus z san
guinē tuū tradidisti; pedes eoz lauasti; z dulciter
eos consolādo iminentem passionē tuā predixisti.
Memeto tremoris angustie z doloris; quos in
tuo corpore delicato ante passionem Crucis tue
pertulisti; quando post trinam orationem sanguinē
sudabas; a discipulo proprio tradebaris; ab electa

gente capieba
tus Judicib
cta in Palch
venture in noc
sie propia er
colaphizabari
debari/ ad c
spinis corona
quē ab men
ante Crucis
meam contri
satisfacionem
millionem z
serere mibi
Dne maria
bu oration

O Jelu
delic
quos sustin
Leone n
sationibus
niz, inani
omnia cor
was tot

gente capiebaris; a falsis testibus accusabaris; a tri-
bus Iudicibus iniuste iudicabaris; in **C**ruce ele-
cta in Paschali tempore in florida corporis tui iu-
uentute innocenter damnabaris/ conspuebaris/ ve-
ste propria exuebaris/ vestibus alienis induebaris
colaphizabaris/ oculis ⁊ facie velabaris/ alapis ce-
debaris/ ad columnam ligabaris/ flagellabaris/ ⁊
spinis coronabaris. **O** dulcissime Jesu da mihi
quæso ob memoriã harum penarum ⁊ passionum
ante Crucis tue passionem / veram ante mortem
meam contritionem/ puram confessionem/ dignam
satisfactionem; ⁊ omnium peccatorum meorum re-
missionem Amen. **Aue** dulcissime Jesu christe mi-
serere mihi miserimo peccatori. **Pater noster.**
Aue maria. Et iste modus seruetur post quam li-
bet orationem.

O Secunda oratio.

O Jesu vera libertas Angelorum; ⁊ paradisi
deliciarum. **A**demento terrorum ⁊ horro-
rum; quos sustinebas/ quando omnes inimici tui tanq̃
Leones ferocissimi te circumdederunt; ⁊ colaphi-
sationibus/ conspuitionibus/ vngulationibus/ cete-
risq; inauditis supplicijs te molestauerunt; ⁊ per
omnia contumeliosa verba; dura verbera; durissi-
maq; tormenta; quibus te omnes inimici tui affli-

per te deprecor te ve liberares me ab omnibus in-
micis visibilibus et invisibilibus; et donec mi-
hi sub umbra alarum tuarum protectionem salutis
eterne inuenire Amen. Ave dulcissime Jesu christe
Pater noster. Ave maria.

Tertia oratio.

O Jesu miseri fabricator et creator: quem nulla
diuersio vero termino mentitur; qui terram pal-
mo concludis. Recordare amarissimi doloris tui:
quem sustinebas dum sanctissimas manus tuas ad
cruce[m] obruis clavis primo affixerunt ad perforam
dum delicatissimos pedes tuos; cum non esset con-
ueniens voluntati eorum dolorem super dolorem
addiderant vulneribus tuis; et ita crudeliter distra-
xerunt et extenderunt in longum et latum Crucis
tue ut dissoluerentur omnes compagines membro-
rum tuorum. Precor te per huius sanctissimi et amarissi-
mi in Cruce doloris memoriam / des mihi timorem
et amorem tuum Amen. Ave dulcissime Jesu xpe.
Pater noster. Ave maria.

Quarta oratio.

O Jesu celestis medicine. Recordare languoris
et doloris atque liuoris; quos in alto Crucis
paribulo leuatus passus es in omnibus delaceratis
membris tuis; quorum nullum in recto statu suo pere-

3
mansit: ita ut nullus dolor dolori tuo similis intreretur: quia a planta pedis usque ad verticem capitis non fuit in te sanitas. Et tunc dolorum omnium immemor patrem pro inimicis pie exorasti dicens Pater ignosce illis: quia nesciunt quid faciunt. Per hanc charitatem et misericordiam: et ob memoriam doloris concede ut hec memoria amarissime passionis tue sit omnium peccatorum meorum plenaria remissio Amen. Ave dulcissime Jesu Christe. Pater noster. Ave maria. *miserationissime*

Quinta oratio.

O Jesu speculum claritatis eterne. Memoro illius meroris: quem habuisti quando in speculo serenissime maiestatis tue conspexisti predestinationem tuam electorum tuorum per merita passionis tue saluatorum et reprobationem malorum in multitudine damnatorum: et per abyssum miserationis tue: qua perditis et desperatis peccatoribus tunc condoluisti: et precipue quam latroni in cruce exhibuisti dicens: Hodie mecum eris in paradiso: rogo te pie Jesu ut facias mecum misericordiam tuam in hora mortis mee Amen. Ave dulcissime. *Idi n.* Ave maria.

Sexta oratio.

O Jesu rex amabilis totusque desiderabilis. Memoro meroris: quem habuisti quando nudus

et miserabilis in cruce pendisti: et amici ac noti tui
aduersus te steterunt: et nullum consolamen inue-
niebas: nisi solam dilectam genitricem in agone ti-
bi fidelissime assistentem: quam discipulo tuo com-
mendasti dicens. Mulier ecce filius tuus. Et ad
discipulum tuum: Ecce mater tua. Rogo te pie Iesu
per gladium doloris: qui tunc eius animam pertransi-
uit: ut cõpatiarius mihi in omnibus tribulationibus
et afflictionibus meis corporalibus et spiritualibus
da mihi consolationem in omni tempore tribulatio-
nis mee Amen. Aue dulcissime Iesu. Pater nos-
ter. Aue maria.

Septima oratio.

O Iesu fons inexhauste pietatis: qui ex intimo
dilectionis affectu in cruce dixisti. Sitio: scili-
cet salutem humani generis. Accende: quesumus
nostrum desiderium ad omne opus perfectum: et su-
tim carnalis concupiscentie: et estum mundanarum
dilectionum in nobis penitus refrigera et extingue
Amen. Aue dulcissime. Pater noster. Aue maria.

Octava oratio.

O Iesu dulcedo cordium: ingensque suauitas men-
tium: per amaritudinem aceti et fellis: quam
pro nobis sustinuisti in Cruce et degustasti: conce-
de nobis miseris peccatoribus corpus et sanguis

men tuū omni tempore: ⁊ precipue in hora mortis
nostre digne percipere ad remediū ⁊ consolationē
animarum nostrarum Amen. Aue dulcissime Iesu
xpe. Pater noster. Aue maria.

¶ Nonā oratio.

O Iesu regalis virtus: iubilusq; mentalis: me-
mento angustie: quam passus es quādo per
mortis amaritudinē: ⁊ Iudeoz insultationē cum
magna voce tu a deo patre derelictus clamasti di-
cens. Hely hely lamazabathani: quod est: Deus
meus deus meus: vt quid me dereliquisti? Per
hanc angustia peto te: vt in angustijs mortis mee
non derelinquas me dñe deus meus Amen. Aue
dulcissime. Pater noster. Aue maria.

¶ Decima oratio.

O Iesu alpha ⁊ o: vnio ⁊ virtus in omni me-
dio. Recordare q; a summo capitis vsq; ad
plantam pedis pro nobis in aquam passionis te di-
mersisti: ppter latitudinem ⁊ magnitudines vulne-
rum tuoz doce me veram caritatem custodire la-
tum mandantū tuū nimis Amen. Aue dulcissime.
Pater noster. Aue maria.

¶ Undecima oratio.

O Iesu abyssus profundissime misericordie: ro-
go te propter profunditatē sacroz vulneruz

torum; que transierunt carnem tuam ⁊ medullam
offium ⁊ intima viscerum tuorum: vt me submer-
sum in peccatis emergas; abscondas in foraminib⁹
vulnerum tuorum a facie ire tue; donec pertranseat
furoz tuus Amen. Ave dulcissime Jesu Chüste.
Pater noster. Ave maria.

Duodecima oratio.

O Jesu veritatis speculum; vnitatis signum; ⁊
charitatis vinculum. Admento innumerabi-
lium vulnerum tuorum; quibus a summo capitis
vsq; ad ima pedum vulneratus fuisti; ⁊ ab impijs
Iudeis laceratus; ⁊ sanctissimo sanguine rubrica-
tus; quam magnitudinem dolorum in virginea car-
ne tua pertulisti pie Jesu. Quid ultra facere debui-
sti; quod non fecisti? Scribe queso omnia vulnera
tua in corde meo preciosissimo sanguine tuo; vt in
illis legam dolorem ⁊ amorem tuum; vt eorū memo-
ria semper apud secretum cordis mei remaneat; vt
dolor passionis tue in me quotidie renouetur; ⁊
⁊ amor augeatur vsq; dum perueniam ad te desi-
deratum thesaurum/ omnibus bonis ⁊ gaudijs re-
pletum; quod mihi donare digneris Chüste dul-
cissime in vita Amen. Ave dulcissime Jesu chüste.
Pater noster. Ave maria.

Tredecima oratio.

O Jesu leo fortissime / Rex immortalis et invictis-
sime. Memoro doloris; quem passus es cum
omnes vires corporis et cordis tui penitus defece-
runt; et inclinato capite dixisti; Consumatus est. Per
hanc angustiam et dolorem tuum miserere mei in ul-
tima consumatione vite exitus mei cum anima mea
anxiata fuerit; et spiritus meus conturbabitur Amen.
Aue dulcissime Jesu. Pater noster. Aue maria.

Quartadecima oratio.

O Jesu unigenite altissimi patris / splendor et fi-
gura substantie eius. Memoro obnoxie com-
mendationis; qua patri spiritum tuum commendasti di-
cens; Pater in manus tuas commendo spiritum meum
et lacerato corpore / ruptoque corde cum valido cla-
more patefactis visceribus misericordie tue pro no-
bis redimendis expirasti. Per hanc preciosissimam
mortem tuam deprecor te Rex sanctorum / conforta me
ad resistendum diabolo / et sanguini et mundo mor-
tuus tibi soli vivam; et in novissima hora exitus mei
suscipe revertentem ad te spiritum meum exulem et pe-
reginum Amen. Aue dulcissime Jesu christe. Pater
noster. Aue maria.

Quintadecima oratio.

O Jesu Altis vera et secunda. Memoro su-
perfluentis et abundantis effusionis sangui-

nis tui: quem tu de corpore tuo sicut de botro ex-
presso copiose effudisti: quando in Cruce torcular
solus calcasti. Et per lanceam militariē perfosso la-
tere nobis sanguinem ⁊ aquā propinasti: ita vt mi-
nima gutta in te nō remaneret. Tunc demū quasi
fasciculus myre in altum suspensus fuisti: ⁊ delica-
ta caro tua euauit: ⁊ liquor viscerū tuoz exaruit:
⁊ medulla ossium tuoz emarcuit. Per hanc ama-
rissimā passionem tuam: ⁊ preciosissimi sanguinis
tui effusionem precor te dulcissime Jesu vulnera
cor meū: vt penitentie ⁊ amoris lachryme sint mi-
hi panes die ac nocte. Et conuerte me totaliter ad
te: vt cor meum fiat tibi perpetuo habitabile: ⁊ con-
ueriatio mea tibi placita ⁊ accepta sit: ac finis vite
mee tibi acceptabilis: vt post terminū vite mee te
laudare merear cū omnibus sanctis tuis in eternū
Amen. Ave dulcissime Jesu xpe. Pater noster.
Ave maria.

¶ Finis.



Oratio epimj doctoris sancti Augustini.



^{Xi}
K. Elcissime dñe Jesu xpe verus
deus: qui de sinu p̄is oīpotens
missus es in mundū pctā re
laxare: peccatores saluare: affi
ctos redimere: incarceratos dis


soluere: dispersos congregare: peregrinos in suam
patriam reducere: contritos corde mederi: dolentes
luzentesq; cōsolari. Dignare dñe Jesu chrisste
absoluere ⁊ liberare me famulum tuum. **A.** de af-
flictione ⁊ tribulatione in qua positus sum. Et tu
dñe Jesu xp̄e: qui genus humanū inq̄itum homo
a deo patre omnipotente in custodiam recepisti: ⁊
ex pietate tua crudeli passione nobis paradysum cū
preciosissimo sanguine tuo mirabiliter mercatus es:
⁊ inter angelos ⁊ homines pacem fecisti ⁊ concor-
diam. Ita domine Jesu chrisste digneris inter me
⁊ inimicos meos stabilire ⁊ confirmare concordia
⁊ pacem: ⁊ gratiam tuam super me ostendere: ⁊ in-
fundere misericordiam tuam: ⁊ omne odium ⁊ tra-
cundiam inimicorū meorum/ quod contra me ha-
bent digneris extinguere ⁊ mitigare sicut mitigasti
⁊ abstulisti iracūdiam ⁊ odium/ quod habuit Esau
aduersus Jacob fratrem suum. Ita domine Jesu
Christe super me famulum tuum. **A.** brachium
tuum ⁊ gratiam tuam ostendere: ⁊ me liberare di-
gneris ab omnibus me odientibus. Et tu domine
Jesu chrisste sicut liberasti Abraham de manibus
Caldeorum: ⁊ filium eius Isaac de immolatione
sacrificij. ⁊ Jacob de manu Esau fratris sui: ⁊ Jo-
seph de manibus fratrum suorum: ⁊ Noe ab aqua

diuini per archam: et Loth de ciuitate Sodomo-
rum: et famulos tuos Moysen et Aaron et popu-
lum Israeliticum de manu Pharaonis: et de ser-
uitute Egypti: David Regem in monte Gelboe
de manu Saulis: et de manu Goliie gigantis: Su-
sannam de falso crimine: et Judith de manu Holo-
fernis: et Danielelem de lacu leonum: et tres pue-
ros Sidrach Misach et Abdenago de camino ig-
nis ardentis: et Jonam de ventre ceti: Adam de
profundo inferni: precioso sanguine tuo redemisti
Petrum et Paulum de vinculis: et Johannem
euangelistam de dolio feruentis olei et de potatio-
ne veneni: Ita me domine liberare digneris ab om-
ni tribulatione et angustia: in quibus positus sum:
seu mihi possunt euenire. Et tu dñe succurre in ad-
iutorium meum: quia inimici mei aduersum me faciunt
seu facere intendunt iniquum consilium. Ideo depre-
cor te mitissime domine quatenus omnia consilia:
que aduersum me faciunt seu facere intendunt ini-
mici mei annihilare et destruere digneris: sicut de-
struxisti consilium Architofelis: quem consiliatus
est Absalon contra David Regem patrem suum.
Ita me domine defendere digneris ab omnibus
malis et angustis meis: que inimici mei contra me
faciunt seu facere intendunt. Defende me domine


per omnia beneficia tua scz; per tuā sanctam incarna-
tionem/ quam de virgine glorioſa recepisti ſicut
homo verus; per tuā sanctam circuncionē; ⁊ per
tuū sanctū baptiſmū ⁊ sanctum ieiuniū/ quod in de-
ſerto quadraginta dieb⁹ ⁊ quadraginta noctibus
fecisti; per famem ⁊ ſitim; per frigus ⁊ calores; per
labores ⁊ afflictiones; per sputa; per alapas; p fla-
gella; per clauos; per laceam; per spineā coronam;
per potationē fellis ⁊ aceti; per ſeuiffimā mortem
crucis; per ſeptē verba/ que pendens in cruce dixi-
ſti deo patri omnipotēti. **P**ater ignoſce illis/ quia
neſciunt quid faciunt. **D**ixiſti dñe latroni in cruce
pendenti: Amen dico tibi hodie mecum eris in pa-
ra-diſo. **D**ixiſti dñe matri tue; **M**ulier ecce filius
tuus. **D**einde diſcipulo tuo: **E**cce mater tua. **D**ixi-
ſti dñe patri tuo; **H**ely hely lamazababani/ quod
eſt interpretatū; **D**eus deus deus meus vt quid
dereliquiſti me! **D**ixiſti dñe; **S**itio; id eſt ſalutem
animarū cupiendo. **D**ixiſti dñe patri tuo: **I**n ma-
nus tuas dñe cōmendo ſpiritum meū. **D**ixiſti do-
mine; **C**onſumatus eſt/ ſignificans labores ⁊ dolo-
res / quos pro nobis miſeris ſuſcepisti / iam ſuire.
Propter hec omnia rogo te **R**edemptorem meū
dñm nr̄m **J**eſum xp̄m; vt me indignū ſamulū tuū
A. ſemp dirigas ⁊ cuſtodias ab hoſte maligno; ⁊

8
ab oibus inimicis meis: et ab omni periculo anime
et corporis/ hic in presenti/ et postea in futuro: per des-
censionem tuam ad inferos: per resurrectionem: per
frequentationem discipulorum et consolationem: per
admirabilem ascensionem tuam: per spiritus missio-
nem: per aduentum ad iudicium. Per ista et per cetera
alia beneficia: de quibus tibi gratias ago et refero
etiam pro cunctis beneficijs mihi p[er] totum spiritualiter
collatis: quia tu me fecisti ex nihilo: et redemisti: et
ad fidem tuam me duxisti: ab impio et maligno dia-
bolo me famulum tuum. A. eruisisti: insuper vitam eter-
nam promisisti. Et per ista et alia: que oculus non vi-
dit: nec auris audivit: nec in cor hominis ascendit:
rogo te dulcissime d[omi]ne Iesu x[rist]e: ut ab omnibus
periculis anime et corporis pro tua pietate et mise-
ricordia me famulum tuum. A. nunc et semper libe-
rare digneris: et post huius vite cursum ad te deus
viam et verum me perducere digneris. Qui vivis
et regnas in secula seculorum Amen.

¶ Deo gratias.



U
o
E
H
U
n
p
t
t



6
3 detentie effusa monu

3 meretur sup

3 ualle tristia e d

3 Quam. 




Agens adiu

ad dicens - agatum

fa - dens - d -

ad approbat cana

pa - rti - ce - gno - en -



Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum

Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum

Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum

Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum

Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum

Incipit
Evangelium
secundum
Matthaeum



Handwritten musical notation on a parchment strip, featuring several staves with black and red ink. The notation includes various rhythmic values and a large red initial letter 'A' on the left side.

Orationes Sancte Brigitte Rom. Silber.



Uigens adu

todiens. quattuor

Et... dens

qd approbat

pa tri et Echo et

nisi

... augus ...